UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXVII. Markgraf Ludwig verschreibt dem Henning und Arnold von Uchtenhagen die Bede zu Zulegsdorf bei Neu-Landsberg, am 14. Oktober 1347.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Visual Library

XXXVII. Markgraf Ludwig verſchreibt dem Henning und Arnold von Uchtenhagen die Bede zu Zulegsdorf bei Neu-Landsberg, am 14. Oktober 1347.

Nouerint — Quod nos Ludovicus etc., contulimus et preſentibus confirmamus ſtrenuis viris Henningo et Arnoldo, fratribus, dictis de Vchtenhagen, fidelibus noſtris dilectis, ipſorumque veris et legitimis heredibus precariam cum ſeruicio curruum ville zulegſtorp, prope ciuitatem noſtram landesberg nouam ſite, cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus, quibus precariam et ſeruicium premiſſum huc uſque tenuimus et poſſedimus, in antea perpetuis temporibus ſine inquietacione qualibet quiete et pacifice poſſidendum. In cuius — Teſtes Lochen, Wedel ſenior, Brederlow, Rochowe, Bredow cum ceteris. Datum Berlin, Anno M°. CCC°. XLVII°., dominica ante galli.

Aus dem Hackwitz'ſchen Copialbuche.

XXXVIII. Markgraf Ludwig weiſt die Städte Arenswalde, Reetz, Dramburg, Nörenberg und Callies an, den drei Haſſo von Wedel, ſo wie die Städte Landsberg, Friedeberg, Woldenberg, Berlinichen und Tankow, dem Betkin von der Oſt als Vögten zu gehorchen, am 27. Oktober 1348.

Ludouicus etc. prudentibus viris conſulibus et vniuerſitati ciuitatum Arnſwold, Retz, Dramborch, Nuremberg et Callis etc. graciam ſuam et omne bonum. Noueritis, quod ſtrenuos viros Haſſonem ſeniorem, Haſſonem de valkenburg, milites, et Haſſonem de wedel in capitaneos et aduocatos noſtros conſtituimus et facimus per preſentes, fidelitatem veſtram ſincerius requirentes, Nichilominus vobis precipimus ſerioſius et mandamus, quatenus prenotatis noſtro nomine in ſingulis et vniuerſis cauſis et caſibus, ſicuti ceteris capitaneis et aduocatis noſtris prioribus hactenus obediuiſtis, in antea pareatis. In eo nobis complacenciam exhibebitis magnam. Datum in Munichberg, Anno M°. CCC°. XLVIII°., feria II. in vigilia Simonis et Jude.

Conſtitucio de Oſt in advocatum. Conſimilem habet Bethkinus de Oſt ad conſules et vniuerſitates ciuitatum Noue landeſberg, Vredeberg, Woldenberg, Noue Berlin, Tankow.

Aus der von Hackwitz'ſchen Sammlung.